

bitis, quod fines adeo vestros amplificauerit.
6. Iam vero, cum filium patri subditumque
magistra-

loco pertinet ad beneficia potiora illa, quibus Iudaeos affecerat, posthabitis Idumaeis: quod indicant clarius verba: *לְאֵלֵינוּ לְגֵנוּ לְאֵלֵינוּ* Deus inclaruit per *ultra terminos Israelis* i. e. *proferendis Israelitarum finibus*. Nam *לְאֵלֵינוּ* sequente *לְ* est *ultra*, *supra* Ion. 4, 6. Gen. 1, 7. Itaque in verbis *וְהָיָה* et *וְהָיָה* latet significatio quaedam prophetica, scilicet haec: fore, ut non solum Iudaei olim fata Idumaeorum ipsi intueantur, sed etiam eorum fines occupent, adeo ut Iudaeorum fines hoc modo amplificentur. Hoc euenit sub Hyrcano pontifice maximo teste IOSEPHO Antt. XIII, 9. pag. 584. ed. Hudf. vbi *Υρκανός*, inquit, *καὶ τῆς Ἰδουμαίας αἰρεῖ πόλεις Ἀδώρα καὶ Μάρισσαν καὶ ἅπαντας τὰς Ἰδουμαίας ὑποχειρίους ποιησάμενος, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς μένειν ἐν τῇ χώρᾳ, εἰ περιτέμνουν τε τὰ αἰδοῖα καὶ τοῖς Ἰουδαίοις νόμοις χρῆσθαι θέλοιν*. — Denique notetur *לְאֵלֵינוּ* poni more Ebraeorum pro pronomine adeo ut *לְאֵלֵינוּ לְיָבוֹל* sit i. q. *גְּבוֹלֵנוּ*. — Versiones vett. sequuntur ebr. Alex. *ἐμεγαλύνθη Κύριος ὑπεράνω τῶν ὀρίων τῆς Ἰσραήλ*, sed Vulg. optatiue: *magnificetur*, rectius, quamuis HONVIG. velit: *magnificatus est*, quia, ut inepte addit, gratiae aguntur de re praeterita. Sed τὸ *לְאֵלֵינוּ* nullus veterum interpretum exprefit praeter Ionath. qui: *multiplicetur gloria dei, qui dilatavit fines Israelitarum*.

V. 6. *בן יכבד אב ועבר ארנו*] Haftenus ostenderit Deus: Plurima et summa esse sua aduersus Iudaeos ingratos beneficia. Iam ut ingratitude eorum hominum, quanta sit, demonstret, duo inprimis reprehendit. Primum: sacerdotum, v. 7. vsque v. 9.
Cap.